

homines habitu repertus est homo, ita hic inter angelos habitu repertus est angelus, non quasi angelicam naturam assumpserit, sed quis angeli munus, quod est Dei voluntatem annuntiare, hic suscepit. Verum contrarium docet passim Patres, scilicet angelum hunc fuisse angelum, non Filium Dei; patet enim ex sequentibus eum loqui ut legatum Dei, verbaque Dei enuntiare, quasi esset præco Dei; ergo fuit angelus, non Filius Dei.

VERS. 16. — *QUIA FECISTI HANC REM.* Hinc videtur quod Abraham hæc sua obedientia et filii victimâ inter alia meruerit, saltem de congruo, ut ex sua stirpe potius quam ex alia, imò ex eodem Isaac nasceretur Christus; ac consequenter idem meruit et Isaac; hoc enim est præmium obedientiæ, quod mox subijcit Deus dicens: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Ita Perer. Vide quid sit Deo obedire; vide quàm grata, quanti meriti apud Deum sit obedientia. Præclarè S. Hieron. (vel quisquis est auctor) Epist. de circumcis. : *Cum, inquit, unico non parciat in terris, stellas pro filiis annuenerat jubetur in caelis.* Cur semen Abraham comparatur stellis dixi c. 15, v. 5.

CAPUT XXIII.

1. Vixit autem Sara centum viginti septem annis.
2. Et mortua est in civitate Arbee, quæ est Hebron, in terrâ Chanaan: venitque Abraham ut plangeret et fletet eam.
3. Cùmque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens:
4. Advena sum et peregrinus apud vos: date mihi jas sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.
5. Responderunt filii Heth, dicentes:
6. Audi nos, Domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum: nullusque te prohibere poterit quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum.
7. Surrexit Abraham, et adoravit populum terræ, filios videlicet Heth;
8. Dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, et intercedite pro me apud Ephron filium Scor,
9. Ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extremâ parte agri sui: pecuniâ dignâ tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulcri.
10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron ad Abraham, cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens:
11. Nequaquam ita fiat, domine mi, sed tu magis auscultâ quod loquor: Agrum trado tibi, et speluncam quæ in eo est, presentibus filiis populi mei; seveli mortuum tuum.
12. Adoravit Abraham coram populo terræ.
13. Et locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quæro, ut audias me; Dabo pecuniam pro agro; suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo.
14. Responditque Ephron:
15. Domine mi, audi me: Terra quam postulas,

VERS. 17. — *POSSIBER SEMEN TUUM PORTAS.* Puta urbes Chanæeorum sub Josue; Palestinorum, Ammonitarum, Syrorum, etc. sub Davide et Salomone. Est synecdoche; per portas enim intelligit urbes; qui enim portas occupat, urbem occupat. Sic Christus portas inferorum infernum occupavit et deprædatus est. Sic et Apostoli eorumque successores Romam omnesque penè orbis urbes subegerunt Christo, Christie fidei et Ecclesie.

VERS. 18. — *BENEDICENTUR IN SEMINE TUO OMNES GENTES, q. d.:* In Christo qui ex te nasceatur, quasi semen, id est, proles tua, imò Dei, benedicta, justitiam, gratiam, salutem et gloriam assequantur quælibet gentes. Vide dicta ad Gal. 5, 16.

VERS. 20. — *QUOD MELCHA QUOQUE GENESCIT FILIOS NACHOR.* Textur hic genealogia Nachor, tunc in gratiam Abraham ejus ipse erat frater, tum propter Rebeccam, quam sibi nupum, filio verò suo Isaac uxorem quæsitivam Abraham, ut ex eâ manifestò constaret genus tam maternum quam paternum Jacobi et Jacobæorum, puta Israelitarum omnium.

CHÂPITRE XXIII.

1. Sara, ayant vécu cent vingt-sept ans,
2. Mourut en la ville d'Arbee, qui est la même qu'Hebron, au pays de Chanaan. Abraham la pleura, et en fit le deuil *durant plusieurs jours*;
3. Et s'étant levé, après s'être acquitté de ce devoir qu'on rend aux morts, il vint parler aux enfans de Heth, et il leur dit:
4. Je suis parmi vous comme un étranger et un voyageur; donnez-moi droit de sépulture au milieu de vous, afin que j'enterre la personne qui m'est morte.
5. Les enfans de Heth lui répondirent:
6. Seigneur, écoutez-nous: Vous êtes parmi nous comme un grand prince; enterrez la personne qui vous est morte dans nos plus beaux sépulcres; nul d'entre nous ne pourra vous empêcher de mettre dans son tombeau la personne qui vous est morte.
7. Abraham s'étant levé, adora les peuples de ce pays-là, qui étaient les enfans de Heth, *pour leur témoigner sa reconnaissance*,
8. Et il leur dit: Si vous trouvez bon que j'enterre la personne qui m'est morte, écoutez-moi, et intercédez pour moi envers Ephron, fils de Scor.
9. Afin qu'il me donne sa caverne double qu'il a à l'extrémité de son champ, qu'il me la cède devant vous pour le prix qu'elle vaut, et qu'ainsi elle soit à moi pour en faire un sépulcre.
10. Or, Ephron demeurait au milieu des enfans de Heth; et il répondit à Abraham devant tous ceux qui s'assemblaient à la porte de la ville, et lui dit:
11. Non, mon seigneur, cela ne sera pas ainsi; mais écoutez plutôt ce que j'em'en vais vous dire: Je vous donne le champ et la caverne qui y est, en présence des enfans de mon peuple; enterrez-y celle qui vous est morte.
12. Abraham fit une profonde révérence devant le peuple du pays.
13. Et il dit à Ephron, au milieu de tous: Écoutez-moi, je vous prie; je vous donnerai l'argent que vaut le champ; recevez-le; et j'y enterrai ensuite celle qui m'est morte.
14. Ephron lui répondit:
15. Mon seigneur, écoutez-moi: La terre que vous me demandez vaut quatre cents sicles d'argent. C'est le prix de la chose dont il s'agit entre vous et moi; mais qu'est-ce que cela pour que je le reçoive de vous?

quadringentis sicles argenti valet: istud est pretium inter me et te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum.

16. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos sicles argenti probatæ monetæ publicæ.

17. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse, quam spelunca, et omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum.

18. Abraham in possessionem, videntibus filiis Heth, et cunctis qui intrabant portam civitatis illius.

19. Atque ita sepelivit Abraham uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre: hæc est Hebron in terrâ Chanaan.

20. Et confirmatus est ager, et antrum quod erat in eo, Abraham in possessionem monumenti à filiis Heth.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — *ARBEË, QUÆ EST HEBRON.* Unde Hebron dicta sit Arbee, dicitur Josue 15. Mortua est Sara anno ætatis 127, qui fuit Abraham 137, biennio post mortem Thare: mortuus est enim Thare anno Abraham 155.

VENITQUE ABRAHAM UT PLANGERET ET FLETET EAM. Putant aliqui Saram mortuam esse absente Abrahamo, et propterea dixisse Mosen, *Venitque Abraham.* Verum venire apud Hebræos sæpè significat ordiri aliquid, accingere se ad aliquid faciendum. Sic Abraham hic venit, id est, accinxit se ad plangendum Saram. Unde aliqui verbum: *Capit Abraham plangere Saram.*

Nota. Planetus distinguitur à fleta significatque solemnem luctum, luctusque et funeris pompam. Sic Stephano fecerunt planetum magnum, id est, magnam luctus et funeris pompam. Actor. 7. Sic David solemniter et carmine planxit Saul et Jonatham, cæcos in bello, 2 Reg. 1, 17. Sic universus Juda et Jerusalem planxit et luctu mortem Josiæ regis dilectissimi, 2 Paral. 35, 24.

VERS. 4. — *JES SEPULCRI.* Hebræicè est *achussat keber*, id est, possessionem sepulcri sive sepulcralem: non enim petit Abraham misceri sepulcris idololatrarum, sed sibi seorsum locum postulat, in quo sepeliatur tam Sara quam ipse et poster. Mystice abbas Pastor in Vitis Patrum rogatus à quodam, *Quid faciam ut salver?* respondit: « Quando venit Abraham in terram reprobationis, monumentum sibi comparavit, et per sepulcrum terram in hereditatem accepit, » q. d.: Ita et tu per cogitationem mortis tendes ad salutem in coelum. Et dixit frater: *Quid est sepulcrum?* respondit senex: *Locus flendi et lugendi.*

MORTUUM MEUM, id est, mortuum meam, uxorem scilicet. Ita S. August. Secundò simplicitus, *mortuum meum*, scilicet corpus vel cadaver. Unde Vatablus vertit: *Fumus meum.* Adde, post mortem nulla in corpore sexus distinctio consideratur; unde rectè vocamus mortuum, sive is vir sit, sive femina.

VERS. 6. — *PRINCEPS DEI ES APUD NOS.* Quasi dicant:

Enterrez-y celle qui vous est morte, et n'en payez rien; vous me ferez plaisir.

16. Ce qu'Abraham ayant entendu, il fit peser, en présence des enfans de Heth, l'argent qu'Ephron lui avait demandé, c'est-à-dire, quatre cents sicles d'argent en bonne monnaie, et reçut de tout le monde.

17. Ainsi le champ qui avait été autrefois à Ephron, dans lequel il y avait une caverne double, qui regarde Mambre, fut livré à Abraham avec tous les arbres qui étaient autour:

18. Et ce champ lui fut assuré comme un bien qui lui devint propre, en présence des enfans de Heth, et de tous ceux qui entraient dans l'assemblée qui se tenait à la porte de la ville.

19. Abraham enterra donc sa femme Sara dans la caverne double du champ qui regarde Mambre, où est la ville d'Hebron, au pays de Chanaan;

20. Et le champ avec la caverne qui y était, fut livré en cette manière, et assuré à Abraham par les enfans de Heth, afin qu'il le possédât comme un sépulcre qui lui appartenait légitimement.

HABEMUS ET REVEREMUR TE QUASI PRINCEPEM, ET, UT SEPULG. vertant: *Regem sanctam*, qui Deo carus et curæ sis, ac proinde insignis et illustris sis, eximieque venerandus. Suscipimus te ob tuas virtutes et propter Dei erga te favorem, curam et protectionem: perinde ac si magnus esses princeps, ex celo ad nos lapsus.

IN ELECTIS. In selectissimis sepulcris nostris sepeli Saram. Non sunt assenti mentem Abraham, qui cum Hethæis, utpote idololâtris, misceri et sepeliri volebat.

NULLUSQUE TE PROHIBERE POTERIT. Nemo erit tam profervus, ut audeat velitque te prohibere.

VERS. 7. — *ADORAVIT.* Hebræicè est *istachû*, id est, incurvavi se Abraham gratias agens, et honorem ac reverentiam civilem exhibens Hethæis. Ita Cajetanus et alii.

VERS. 9. — *SPELUNCAM DUPLICEM.* Erat duplex, vel quia duas habebat cryptas, unam pro sepeliendis viris, alteram pro mulieribus, ut vult Procopius; vel quia una erat interior, alia exterior, in quâ quasi inclusa erat interior. Ita Aben Ezra.

PECUNIA DIGNA. Pretio justo.

VERS. 10. — *PORTAM CIVITATIS.* Hinc videtur quod in portis, quasi loco publico, quò omnes etiam exteri facili convenirent, olim tam commercia quàm judicia peragi solebant. In portis ergo olim sedebant judices, scabini et consules, ibique omnia tam publica quàm privatorum negotia tractabant, ut jam sedent et tractant in domo civica.

VERS. 15. — *DABO PECUNIAM PRO AGRO.* Nolebat, Abraham agrum gratis habere, sed emere justo pretio, tum quia hoc est animi honesti, liberalis et regii, tum ne posteris Ephronis agrum repeterent, vel communem in eo sepulturam postularent. Ita viri liberales inter se certant liberalitate, sicut avari certant parcimoniâ. Narrat Ælianus, Alcibiadem Socrati preceptorum lautissima munera misisse: ea Socrates magno animo recusavit. Xantippe uxore plurimum instante

« Sua est Alcibiadi, inquit, nobis etiam nostra sit ambibitio: Alcibiades dando, Socrates non accipiendo (sunt ostendit liberalitatem.) »

Dices: Emere sepulturam et jus sepulcri, est simonia. Respondet primò D. Thom. 2-2, q. 100, a. 4 ad tertium, Abraham non emisse jus sepulture, sed tantum agrum in quo sepeliret Saram: ager autem per se vendibilis est.

Secundò, Abulens.: Sepulcrum, inquit, fit sacrum, ita ut vendi non possit sine simonia, non effossione, sed mortui in illud elatione; necdum ergo erat sacrum, cum illud emit Abraham. Hoc verum est jure civili Romanorum, quo ipsa illatione cadaveris fit locus religiosus.

Verùm hoc nihil facit ad crimen simonia, quod ecclesiasticum est, non civile: ut ergo locus sepulture sine simonia vendi non possit, debet esse sacer consecratione, sive benedictione ecclesiastica, ut passim docent theologi et canoniste. Tempore autem Abraham, necdum erat consecratio sive benedictio ecclesiastica (hanc enim Ecclesia christiana instituit) quia locus consecratur ad sepulturam: unde sine simonia vendi poterat. Ita Cajetan. Lipoman. et alii. Adde sepulera, uti et sacerdotia gentilium, utpote idololatrarum non esse sacra, sed profana; imò sacerdotia eorum diabolica sunt, ac proinde ea emere non est simonia, Gentiles tamen ea vendentes, ex conscientia erronea, quæ putabat ea esse sacra, peccabant simonia. Ita D. Thom.

VERS. 16. — QUADRINGENTOS SIGLOS ARGENTI. PUTA 400 florentinos brabanticos; de siglo plura dicam Exodi c. 30, v. 15.

PROBATE MONETE PUBLICÆ. Hebræa, argenti inter mercatores transeuntis: 70 argenti probati mercatoribus; mercatores enim monetam maximè discernere appendere et probare solent, maximè que probam et probatam exigunt.

VERS. 17. — CONFIRMATUS EST AGER, q. d.: Per emptionem firmo et stabili jure translatus est

CAPUT XXIV.

1. Erat autem Abraham senex, diurnique multorum: et Dominus in cunctis benedixerat ei.

2. Dixitque ad servum senioreni domus sue, qui præerat omnibus que habebat: Pone manum tuam subter femur meum,

3. Ut adjurem te per Dominum Deum cœli et terre, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanorum, inter quos habito:

4. Sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac.

5. Respondit servus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es?

6. Dixitque Abraham: Cave ne quando reducas filium meum illuc.

7. Dominus Dens cœli, qui tulit me de domo patris mei et de terra natalitatis mee, qui locutus est mihi,

hic ager, eum suâ speluncâ duplici in dominium Abraham.

Considera, Abraham in Chanaan non habuit dominum, non agrum proprium, sed tantum sepulcrum proprium, quia volebat Dei monitu esse peregrinus in vita, tendereque ad cœlum; in morte autem quasi in termino et confinio cœli, proprium sibi suorumque fidelium poposcit locum, ne cum infidelibus requiesceret, in morte enim est discriminatio fidelium et infidelium: ergo par est ut eadem sit et in sepulcro. Vide quanta precibus patribus fuerit cura sepulcri, et quanta jam esse debeat fidelibus, ut in locis sacris cum fidelibus et sanctis sepeliantur, idque ob spem beate resurrectionis cum eis: infideles enim et heretici suam habent asinum sepulturam.

Hæc de causâ in hoc Sare sepulcro sepultus est Abraham, Isaac, Rebecca et Lia: quin et Jacob in idem ex Ægypto transferri voluit. Sic, ut habet Regum historia, Samuel, Saul, Jonathas, propheta à leone occisus, 5 Reg. 15. Josias rex et alii honorificè cum suis sepulti sunt. Sic Tobias officium sepulture corporibus fidelium à tyranno trucidatorum, benigne exhibuit. Sic Joannes Baptista à suis discipulis studiosè ad sepulturam ex carcere elatus est. Sic Joseph ab Arimathia corpus Christi à Pilato petit, et in monumento suo novo, quod exierat in Petrà, condidit. Sic S. Antonius à Deo missus est ad S. Paulum primum eremitam, ut eum sepeliret, cùmque sarcophagum non haberet, duo leones illi sepulcrum unguibus suis effoderunt.

EPHRONIS. S. Stephanus Act. 7, asserit hunc agrum emptum esse non ab Ephronè, sed à filiis Hemor, aliaque quadam habet, que cum hoc loco non satis consentire videntur; sed de his dicendum est Actor. 7.

MAMBRE, HÆC EST HEBRON. Hebron dicta est Arbee, dicta est et Mambre, à convalle adjacente quæ dicta est Mambre, à viro potente Mambre, qui eam possidebat, quique cum Abraham pugnavit contra quatuor reges, c. 14, 15.

CHAPITRE XXIV.

1. Or, Abraham était vieux et fort avancé en âge, ayant cent quarante ans; et le Seigneur l'avait béni en toutes choses, l'ayant comblé de toutes sortes de biens.

2. Il dit donc au plus ancien de ses domestiques, qui avait l'intendance sur toute sa maison: Mettez votre main sur ma cuisse,

3. Afin que je vous fasse jurer par le Seigneur, le Dieu du ciel et de la terre, que dans la communion que je vous donne de chercher une femme à Isaac mon fils, vous ne prenez aucune des filles des Chanéaniens, parmi lesquels j'habite, pour la faire épouser à mon fils;

4. Mais que vous irez au pays où sont mes parents, afin d'y prendre une femme pour mon fils Isaac.

5. Son serviteur lui répondit: Si la fille ne veut point venir en ce pays-ci avec moi, voulez-vous que je ramène votre fils au lieu d'où vous êtes sorti?

6. Abraham lui répondit: Gardez-vous bien de ramener jamais mon fils en ce pays-là.

7. Le Seigneur du ciel, qui m'a tiré de la maison de mon père et du pays de ma naissance, qui m'a parlé, et qui m'a juré, en me disant: Je donnerai ce pays à

dicens: Semini tuo dabo terram hanc; ipse mittet angelum suum coram te, et accipies inde uxorem filio meo;

8. Sina autem mulier noluerit sequi te, non teneberis juramento: filium meum tantum ne reducas illuc.

9. Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc.

10. Tulitque decem camelos de grege domini sui, et abiit, ex omnibus bonis ejus portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor.

11. Cùmque camelos fecisset accumbere extra oppidum juxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit:

12. Domine, Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, et fac misericordiam cum domino meo Abraham.

13. Ecce ego sto propè fontem aquæ et filie habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam.

14. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam ut bibam; et illa responderit: Bibe, quin et camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam preparasti servo tuo Isaac: et per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo.

15. Necdum intra se verba compleverat, et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua:

16. Puella decorâ nimis, virgoque pulcherrima, et incognita viro: descenderat autem ad fontem, et impleverat hydriam, ac revertebatur.

17. Occurritque ei servus, et ait: Pauxillam aquam mihi ad bibendum præbe de hydriâ tuâ;

18. Quæ respondit: Bibe, domine mi: celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, et dedit ei potum.

19. Cùmque ille bibisset, adjecit: Quin et camelis tuis hauriam aquam, donec euncti bibant.

20. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum ut hauriret aquam: et hausit omnibus camelis dedit.

21. Ipse autem contemplatur eam tacitus, seire volens utrùm prosperum iter suum fecisset Dominus, an non.

22. Postquam autem liberant camelis, protulit vir in aureas aureas, appendentes siglos duos, et armillas totidem pondo siglorum decem;

23. Dixitque ad eam: Cujus es filia? indica mihi: est in domo patris tui locus ad manendum?

24. Quæ respondit: Filia sum Bathuelis, filii Melchæ, quem peperit ipsi Nachor.

25. Et addidit, dicens: Palearum quoque et feni plurimum est apud nos, et locus spatiosus ad manendum.

26. Inclinativæ se homo, et adoravit Dominum,

27. Dicens: Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam et veritatem

vostræ race, enverra lui-même son ange devant vous, afin que vous preniez une femme de ce pays-là pour mon fils.

8. Que si la fille ne veut pas vous suivre, vous ne serez point obligé à votre serment; seulement ne ramenez jamais mon fils en ce pays-là.

9. Ce serviteur mit donc sa main sur la cuisse d'Abraham son maître, et s'engagea par serment à faire ce qu'il lui avait ordonné.

10. En même temps il prit dix chameaux du troupeau de son maître; et porta avec lui de tous ses biens; et, s'étant mis en chemin, il alla droit en Mesopotamie en la ville de Charan où demeurait Nachor.

11. Étant arrivé sur le soir près d'un puits hors de la ville, où les filles avaient accoutumé de sortir pour puiser de l'eau, et ayant fait reposer ses chameaux, il dit à Dieu:

12. Seigneur, Dieu d'Abraham mon maître, assistez-moi aujourd'hui: je vous prie, et faites miséricorde à Abraham mon seigneur.

13. Me voici près de cette fontaine; et les filles des habitants de cette ville vont sortir pour venir y puiser de l'eau.

14. Que la fille donc à qui je dirai: Baissez votre vaisseau, afin que je boive; et qui me répondra: Buvez, et je donnerai aussi à boire à vos chameaux, soit celle que vous avez destinée à Isaac votre serviteur; et je connaîtrai par là que vous avez fait miséricorde à mon maître.

15. À peine avait-il achevé de parler ainsi en lui-même, qu'il vit paraître Rebecca, fille de Bathuel, fils de Melchæ, femme de Nachor, frère d'Abraham, qui portait sur son épaule un vaisseau plein d'eau.

16. C'était une fille très-agréable, et une vierge parfaitement belle et inconnue à tout homme; elle était déjà venue à la fontaine; et ayant rempli son vaisseau, elle s'en retournait.

17. Le serviteur d'Abraham, allant donc au-devant d'elle, lui dit: Donnez-moi un peu de l'eau que vous portez dans votre vaisseau, afin que je boive.

18. Elle répondit: Buvez, mon seigneur: et étant aussitôt son vaisseau de dessus son épaule, et le penchant sur son bras, elle lui donna à boire.

19. Après qu'il eut bu, elle ajouta: Je m'en vais aussi tirer de l'eau pour vos chameaux, jusqu'à ce qu'ils aient tous bu.

20. Aussitôt ayant versé dans les canaux l'eau de son vaisseau, elle courut au puits pour en tirer d'autre, qu'elle donna ensuite à tous les chameaux.

21. Cependant le serviteur d'Abraham la considérait sans rien dire, voulant savoir si le Seigneur avait rendu son voyage heureux, ou non.

22. Après donc que les chameaux eurent bu, cet homme tira des pendants d'oreilles d'or, qui pesaient deux sigles, et autant de bracelets qui en pesaient dix;

23. Et en les lui donnant, il lui dit: De qui êtes-vous fille? dites-le moi, je vous prie: y a-t-il dans la maison de votre père un lieu pour nous loger?

24. Elle répondit: Je suis fille de Bathuel, fils de Melchæ et de Nachor son mari.

25. Il y a chez nous, ajouta-t-elle, beaucoup de paille et de foin, et bien de la place pour y demeurer.

26. Cet homme fit une profonde inclination, et adora le Seigneur.

27. En disant: Béni soit le Seigneur, le Dieu d'Abraham mon maître, qui n'a pas manqué de lui faire miséricorde selon la vérité de ses promesses, et qui m'a

suam à domino meo, et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

28. Cœcruit itaque puella, et nuntiavit in domum matris suæ omnia que audierat.

29. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons.

30. Cùmque vidisset in aureis et armillis in manibus sororis suæ, et audisset cuncta verba referentis : Hæc locutus est mihi homo; venit ad virum, qui stabat juxta camelos, et propè fontem aquæ :

31. Dixitque ad eum : Ingredere, benedice Domini : cur foris stas? preparavi domum, et locum camelis.

32. Et introduxit eam in hospitium, ac destravit camelos, deditque paleas et fœnum, et aquam ad lavandos pedes ejus, et virorum qui venerant cum eo.

33. Et appositus est in conspectu ejus panis. Qui ait : Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei : Loquere.

34. At ille : Servus, inquit, Abraham sum :

35. Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est : et dedit ei oves et boves, argentum et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos.

36. Et peperit Sara uxor domini mei filium domini mei in senectute sua, deditque illi omnia que habuerat.

37. Et adjuravit me Dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananeorum, in quorum terrâ habito;

38. Sed ad domum patris mei perges, et de cognatione mea accipies uxorem filio meo :

39. Ego vero respondi domino meo : Quid si noluerit venire mecum mulier?

40. Dominus, ait, in cuius conspectu ambulabo, mittet angelum suum tecum, et diriget viam tuam; accipies uxorem filio meo de cognatione meâ et de domo patris mei.

41. Innocens eris à maledictione meâ, cùm veneris ad propinquos meos, et non dederint tibi.

42. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, et dixi : Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam, in qua nunc ambulo,

43. Ecce sto juxta fontem aquæ, et virgo, que egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me : Da mihi paululum aquæ ad bibendum ex hydra tuâ,

44. Et dixerit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis hauriam : ipsa est mulier quam preparavit Dominus filio domini mei.

45. Cùmque hæc tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydra, quam portabat in scapula; descenditque ad fontem, et hausit aquam. Et aio ad eam : Da mihi paululum bibere.

46. Que festinans deposuit hydriam de humero, et dixit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis tribuam potum. Bibi, et adaquavi camelos.

47. Interrogavique eam, et dixi : Cujus es filia? Que respondit : Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque in aureas ad ornandam faciem ejus, et armillas posui in manibus ejus.

amené droit dans la maison du frère de mon maître, alla lui dire tout ce qu'elle avait entendu.

29. Or, Rebecca avait un frère nommé Laban, qui sortit aussitôt pour aller trouver cet homme près de la fontaine.

30. Et ayant déjà vu les pendants d'oreilles et les bracelets aux mains de sa sœur, qui lui avait rapporté en même temps tout ce que cet homme lui avait dit, il vint à lui, lorsqu'il était encore près de la fontaine avec les chameaux.

31. Et il lui dit : Entrez, vous qui êtes bœni du Seigneur; pourquoi demeurez-vous dehors? J'ai préparé la maison, et un lieu pour vos chameaux.

32. Il le fit aussitôt entrer dans le logis; il déchargea ses chameaux, leur donna de la paille et du foin, et fit laver les pieds de cet homme, et de ceux qui étaient venus avec lui.

33. En même temps on lui servit à manger. Mais le serviteur leur dit : Je ne mangerai point, jusqu'à ce que je vous aie proposé ce que j'ai à vous dire. Vous pouvez le faire, lui dirent-ils; nous vous écoutons.

34. Et il leur parla de cette sorte : Je suis serviteur d'Abraham.

35. Le Seigneur a comblé mon maître de bénédictions, et l'a rendu grand et riche; il lui a donné des brebis, des bœufs, de l'argent, de l'or, des serviteurs et des servantes, des chameaux et des ânes.

36. Sara, la femme de mon maître, lui a enfanté un fils dans sa vieillesse, et mon maître lui a donné tout ce qu'il avait.

37. Et il m'a fait jurer devant lui, en me disant : Promettez-moi que vous ne prendrez aucune des filles des Chananéens dans le pays desquels j'habite, pour la faire épouser à mon fils;

38. Mais que vous irez à la maison de mon père, et que vous prendrez parmi ceux de ma parenté une femme pour mon fils.

39. Et sur ce que je dis alors à mon maître : Mais si la fille ne voulait point venir avec moi?

40. Il me répondit : Le Seigneur devant lequel je marche, enverra son ange avec vous, et vous conduira dans votre chemin, afin que vous preniez une femme pour mon fils, qui soit de ma famille, et de la maison de mon père.

41. Que si étant arrivé chez mes parents, ils vous refusent ce que vous leur demanderez, vous ne serez pas obligé à votre serment.

42. Je suis donc arrivé aujourd'hui près de la fontaine, et j'ai dit à Dieu : Seigneur Dieu d'Abraham mon maître, si c'est vous qui m'avez conduit dans le chemin où j'ai marché jusqu'à présent,

43. Me voici près de cette fontaine; que la fille donc qui sera sortie pour puiser de l'eau, et à qui je dirai : Donnez-moi un peu à boire de l'eau que vous portez dans votre vaisseau;

44. Et qui me répondra : Buvez, et je vais en puiser aussi pour vos chameaux, soit celle que le Seigneur a destinée pour être la femme du fils de mon maître.

45. Lorsque je m'entretenais en moi-même de cette pensée, j'ai vu paraître Rebecca, qui venait avec son vaisseau qu'elle portait sur son épaule, et qui étant descendue à la fontaine, y avait puisé de l'eau. Je lui ai dit : Donnez-moi un peu à boire.

46. Elle aussitôt, ôtant son vaisseau de dessus son épaule, m'a dit : Buvez vous-même, et je m'en vais donner aussi à boire à vos chameaux. J'ai donc bu, et elle a fait boire aussi mes chameaux.

47. Je l'ai interrogée, et je lui ai demandé : De qui êtes-vous fille? Elle m'a répondu qu'elle était fille de Bathuel, fils de Nachor et de Melcha, sa femme. Je lui ai donc mis ces pendants d'oreilles pour parer son visage, et lui ai mis ces bracelets aux bras.

48. Pronusque adoravi Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me ad domum fratris domini mei filio ejus.

49. Quamobrem si fecitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi; sin autem aliud placet, et hoc dicite mihi, ut vadam ad dextram, sive ad sinistram.

50. Responderuntque Laban et Bathuel : A Domino egressus est sermo; non possumus extra placitum ejus quiddam aliud loqui tecum.

51. En Rebecca coram te est; tolle eam, et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus.

52. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adoravit in terram Dominum.

53. Prolapsisque vasis argenteis et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebecca pro munere, fratribus quoque ejus et matri dona obtulit.

54. Initio convivio, vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgens autem manes, locutus est puer : Dimitte me, ut vadam ad dominum meum.

55. Responderuntque fratres ejus et mater : Maneat puella saltem decem dies apud nos, et postea proficiscetur.

56. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam : dimittite me, ut pergam ad dominum meum.

57. Et dixerunt : Vocemus puellam, et quæramus ipsius voluntatem.

58. Cùmque vocata venisset, seiscitavit sunt : Virum cum homine isto? Que ait : Vadam.

59. Dimiserunt ergo eam, et nutrice illius, seramque Abraham, et comites ejus,

60. Imprecantes prospera sorori suæ, atque dicens : Soror nostra es; crescas in mille millia, et possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

61. Igitur Rebecca et puella illius, ascensis camelis, secuta sunt virum, qui festinus revertebatur ad locum suum.

62. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam que ducit ad puteum, cujus nomen est Viventis et videntis; habitabat enim in terrâ australi :

63. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinatus jam die; cùmque elevasset oculos, vidit camelos venientes procul.

64. Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo,

65. Et ait ad puerum : Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei : Ipse est dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit se.

66. Servus autem cuncta que gesserat, narravit Isaac.

67. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, et accepit eam uxorem; et in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris ejus acciderat, temperaret.

48. Aussitôt me baissant profondément, j'ai adoré et béni le Seigneur, le Dieu d'Abraham, mon maître, qui m'a conduit par le droit chemin, pour prendre la fille du frère de mon maître, et la donner pour femme à son fils.

49. C'est pourquoi si vous avez véritablement dessein d'obliger mon maître, dites-le moi : que si vous avez résolu autre chose, faites-le moi connaître, afin que j'aie à chercher une fille ailleurs.

50. Laban et Bathuel répondirent : C'est Dieu qui parle en cette rencontre; nous ne pouvons vous dire autre chose que ce qui paraît conforme à sa volonté.

51. Rebecca est entre vos mains; prenez-la et l'emmenez avec vous, afin qu'elle soit la femme du fils de votre maître, selon que le Seigneur s'en est déclaré.

52. Le serviteur d'Abraham ayant entendu cette réponse, se prosterna en terre, et adora le Seigneur.

53. Il tira ensuite des vases d'or et d'argent, et de riches vêtements, dont il fit présent à Rebecca; il donna aussi des présents à ses frères et à sa mère.

54. Ils firent ensuite le festin, ils mangèrent et burent, et demeurèrent ensemble ce jour-là. Le lendemain le serviteur s'étant levé le matin, leur dit : Permettez-moi d'aller retrouver mon maître.

55. Les frères et la mère de Rebecca lui répondirent : Que la fille demeure au moins dix jours avec nous; et après elle s'en ira.

56. Je vous prie, dit le serviteur, de ne point me retenir davantage, puisque le Seigneur m'a conduit dans tout mon chemin; permettez-moi d'aller retrouver mon maître, afin de lui apprendre au plus tôt l'heureux succès de mon voyage.

57. Ils lui dirent : Appelons la fille, et sachons d'elle-même son sentiment.

58. On l'appela donc; et elle étant venue, ils lui demandèrent : Voulez-vous bien aller avec cet homme? Je le veux bien, répondit-elle.

59. Ils la laissèrent donc aller, accompagnée de sa nourrice, avec le serviteur d'Abraham, et ceux qui l'avaient suivi;

60. Et souhaitant toutes sortes de prospérités à Rebecca, ils lui dirent : Vous êtes notre sœur; croissez en mille et mille générations; et que votre race se mette en possession des villes de ses ennemis.

61. Rebecca et ses filles montèrent donc sur des chameaux, et suivirent cet homme, qui s'en retourna en grande diligence vers son maître.

62. En ce même temps, Isaac se promenait dans le chemin qui mène au puits, appelé le puits de celui qui vit et qui voit; car il demeurait dans la terre de Chanaan, du côté du midi.

63. Il était alors sorti dans le champ pour méditer, le jour étant sur son déclin; et ayant levé les yeux, il vit de loin venir les chameaux.

64. Rebecca ayant aussi aperçu Isaac, descendit de dessus son chameau.

65. Et elle dit au serviteur : Qui est cette personne qui vient le long du champ au-devant de nous? C'est mon maître, lui dit-il. Elle prit aussitôt son voile et se couvrit, pour marquer sa modestie, sa soumission et son profond respect.

66. Le serviteur alla cependant dire à Isaac tout ce qu'il avait fait à l'égard de Rebecca.

67. Alors Isaac la fit entrer dans la tente de Sara sa mère, et la prit pour femme; et l'affection qu'il eut pour elle fut si grande, qu'elle tempéra la douleur que la mort de sa mère lui avait causée.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—ERAT AUTEM ABRAHAM SENEX, ERAT ABRA-

uxorem quaereret Isaac. Isaac enim duxit Rebecca anno aetatis suae 40 (ut patet cap. seq. v. 20), qui fuit Abraham 140: natus est enim Isaac anno Abraham centesimo. Aetas ergo Abraham superat aetatem Isaac centum annis. Ita S. August.

VERS. 2. — *SENUM SENIOREM, oconomum suum Eliezer, de quo c. 15, 2.*

PONE MANUM TUAM SUBTER FEMUR MEUM. q. d.: Me sedente pone sub coxâ meâ manum tuam, et hoc ritu ac caeremoniâ mihi jura quod filio meo non accipies uxorem Chanaanem. Ad litteram, hic fuit ritus jurantium per femur; quia femur causa et symbolum est generationis et vitae. Femur ergo tenendo jurantes, testabantur Deum vite auctorem, in cujus manu est salus nostra, q. d.: Si recte et verè juro, et juratum præsto, Deus mihi vitam longam et felicem, quae femore significatur, præstet; sin fallo et pejero, percam, neque particeps sin vitae, quae processit ex femore. Ita Martinus de Roâ lib. 4. Singul. c. 4.

Putant Hebraei hanc caeremoniam ponendi manum sub femore, fuisse solemnem Judæis in juramento, et Jacob hæc caeremoniâ suos adjuravit: cæteri verò in Scripturâ manu in altum (uti et modò sit) elevata jurasse leguntur.

Nota ergo, per femur sive coxam, partes etiam genitalis, quae inter femora sunt, tacite intelligi et comprehendendi. Sic enim filii Jacob dicuntur egressi de femore, id est, genitalibus ejus, Genes. 46, v. 26, et alibi.

Hoc ergo symbolo et caeremoniâ ponendi manum sub femore, significat Abraham, ex femore suo jam natum esse Isaac, et ex eodem per Isaac nascituram esse sobolem magnam, imò Christum, semen suum benedictum, sibi à Deo promissum. Ut ergo hæc soboles, et Christus ex se per Isaac nascatur, hæc de causâ Isaac hic fidelem querit uxorem, servumque suum, ut talem ei querat, per femur, quasi per sobolem originem; item per femur, id est, per Christum, utpote ex femore suo nasciturum, adjurat, id est, obstringit et jurare compellit. Primus enim qui hæc formâ adjurationis est usus, fuit Abraham: eum deinde secutus est nepos Jacob, c. 47, 29. Ita S. Hieron., Theodor., August. serm. 75; Amb. lib. 4 de Abraham, c. ult.; Prosper, 4 p. Prædict. c. 7, et S. Gregor. qui sic ait: *Manum sub femore jubet ponere; quia per membrum illud descenditur erat caro ejus, qui filius Abraham esset et humanitate, et dominus ejus ex divinitate, quasi dicitur: Tange filium meum, et jura per Deum meum. Unde non super femur, sed sub femore manum ponere jussit; quia inde erat ille descendurus, qui homo quidem, sed super omnes homines veniret.*

VERS. 3. — *ADUREREM.* Id est, juramento tuo te obstringam, jurare te faciam. Ita Hebræa. Cogit enim Abraham servum sibi hæc caeremoniâ jurare. Unde de facto servus est hoc ritu juravit, ut patet v. 9. Non

ergo adjurare hic significat per sacra obtestari aliquem, sed adigere eum ad juramentum, et juramento hoc eum obstringere ad aliquid promittendum, vel faciendum.

VERS. 4. — *UT NON ACCIPIAS UXOREM FILIO MEO, DE FILIABUS CHANANÆORUM* (quia Chananæi impij erant et idololatrae), SED AD TERRAM ET COGNATIONEM MEAM PROFICISCARIS, non in Chaldaeam, sed in Mesopotamiam, putâ in Haran ad domum Nachor fratris mei, ut patet v. 10. In Haran enim Abraham cum patre et totâ cognatione migravit, c. 12, v. 1. Licet enim domus Nachor, more gentis cum quâ habitabat, idola coleret, ut patet c. 31, v. 50, tamen aliquid de unius Dei cultu nôrat et servabat, adeoque cum idolis simul Deum cœli colebat, ut patet hic v. 31. Eratque hæc domus bene morata, ut patet ex sequent.

Tropol. quam cavenda sint infidelium, hereticorum et impiorum connubiâ, vide apud S. Chrysost. et Ambros. lib. 1 de Abraham. c. ult.: *Sæpe, sit Ambros., illecebra mulieris deceptit etiam fortiores maritos, et à religione fecit dicere. Præmiam ergo in conjugio religio queritur. Discite ergo quid in uxore queratur; non aurum, non argentum questivi Abraham, non possessiones, sed gratiam bonæ indolis. Allegor. idem ibidem: Ubi, ait, invenitur uxor Isaac, putâ Christi, hoc est, Ecclesia, nisi in Mesopotamiâ? ibi duobus stipatur fluminibus, lavacro gratiæ et fletu penitentia. Manant eam Tigris, hoc est, prudentia; et Euphrates, hoc est, justitia, et illuminatio fructuosa, et barbaris separans gentibus.*

VERS. 6. — *CAVE NE QUANDO REDUCAS FILIUM MEUM ILLUC.* Reducas, id est, reducendum promittis, q. d.: Si filia, quam in Haran queris, hæc ad me et Isaac venire nolit, sed velit ad Isaac venire ad se, ne consentias, nec promittas ei matrimonium filii mei; quia Deus ex Mesopotamiâ me et meos in perpetuum exire voluit, atque venire in terram hanc, quam mihi meisque promisit.

VERS. 7. — *ISE MITTET ANGELUM SUUM.* Ecce prisci Hebraei credebant custodes angelos hominibus à Deo dari, ut eos servent, ducant, doceant dirigantque. Simile est Tobiae 5, v. 5. Conset Scaliger angelum dici à Persico *anger*, id est, cursor, nuntius, mutato r in l, sicut pro Belial dicitur Beliar; sic enim et Hebraei à Persico *anger*, epistolam latam à cursoribus, sive angaris, vocant *igeret*, quasi *ingeret*.

VERS. 9. — *JURAVIT ILLI SUPER SERMONE HOC.* Juravit se fideliter sermones et jussa Abraham domini sui complecturum.

VERS. 10. — *AD URBE M NACHOR,* ad Haran in quâ erat domus Nachor, distans à Betsabea, ubi tunc versabatur Abraham, itinere septem vel octo dierum, ita Abulens.

VERS. 12. — *OCURRERE.* Hebræicè *hæcere*, id est, fac mihi occurrat, scilicet id quod peto, puta talis filia, qualem Isaac uxorem cupit Abraham. Septuag. vertunt: *Prosperum fac mihi occursum.*

Discant hæc Christiani, sibi suisque conjuges qua-

re, non tam conciliatione hominum quam Dei; nec tam speentem opes, formam et genus, quam educationem et mores probos et commodos. Ita Pulchra fratri suo Theodosio imper. Eudoxiam pauperem, sed bene eruditam et moratam uxorem curavit. Verum quia multi scelis faciunt, hæc tam multa litigiosa et infelicia videmus matrimonia. Rectè ergo ait Sapiens Proverb. 19, 14: *Domus et divitiæ dantur à parentibus: à Domino autem propriè uxor prudens.* Ita Rebecca Isaac, Ruth Booz, Sara Tobias, uxores à Deo date, pacificum, fecundum et felix habuere conjugium. Nam, ut ait Sapiens Proverb. 18, v. 22: *Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, et hauriet jucunditatem à Domino.* Bona enim, strenuaque et prudens mulier, est rara avis in terris. *Virum de mille nunquam reperit, mulierem ex omnibus non invenit,* inquit Salomon Eccles. 7, v. 28. Hinc Cato dixit mulierem esse malum necessarium. Vis scire quantum malum sit mala mulier, audi Eccles. c. 25, 17: *Omnis malitia nequitiâ mulieris;* et v. 22: *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris. Conmorari leoni et draconis placebit, quam habitare cum muliere nequam;* et v. 31: *Plaga cordis mulier nequam.* Deus ergo fornicariis, adulteris, aliisque impijs in penam peccati dat malas uxores: quæ plaga est maxima et continua; durat enim per totam vitam.

E contrario, mulieris bonæ beatus vir. *Mulier fortis oblectat virum, et annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona; in parte bonâ timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.* Eccl. 26, v. 1, 2, 3. Cujus rei exemplum memorabile extat apud Sophronium, vel potius Joannem Moscum in Prato spirit. cap. 201 de Constantinopolitano quodam nobili, qui sua pauperibus distribuens, moriens filio suo Jesum Christum reliquit curatorem, Christus enim ob patris eleemosynas, filio divitem et probam curavit uxorem, cum quâ sanctam et jucundam egit vitam. Verè ergo Siracides Eccl. 26, 16: *Gratia, inquit, mulieris sedula delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit; disciplina illius datum Dei est, gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata; sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus ejus.*

VERS. 15. — *ECCE ECO STO.* Petit hic servus à Deo certo signo à se designato, uxorem Isaac futuram sibi demonstrari; ad hoc signum designandum motus est et instigatus à Deo; unde et illud adhibuit eum certe spe divine providentiæ, opis et directionis, juxta ea quæ seichat Deum Abraham promississe, et Abraham sibi, dicendo: *Deus mittet angelum suum coram te.* Unde et signum hoc sibi exhiberi petit humiliter premissâ. Denique signum hoc esset Deo, eventus qui secutus est tam prosper declaravit; alioqui enim hic servus temerario omine et divinatione tentasset Deum. Simile fuit omen Jonathæ, quod ex Dei instinctu captivus ex verbis Philistinorum de iis invadendis, illudque sequens eos occidit: *Si dixerint, inquit, Ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum, et*

Reg. 14, 10. Sic Gedeon ex somnio Madianitis, captivum omne victorie, Judic. 7, v. 15.

Simile fuit omen Clodovai, qui castra movens contra Gothos, munera misit Turorum ad S. Martinum, legalis mandans: *Ingressuri templum, observate quæ futuri eventus ex bello quod paramus, conjecturam possint præbere.* Parent illi, et venientes ad templum, audiunt monachos illud Davidicum psallentes: *Præcincti mihi virtute ad bellum, captivoque omine felici, ad regem redeunt, omne nuntiant; quod eventus declaravit fuisse non vanum, sed divinum.* Testis est Fulgos. l. 1, c. 3.

E contrario superstitiosum fuit omen Nabuchodonosor, quod ipse, non Dei, sed suo, vel demonis instinctu, captivum, cum dubitaret an Ammonitas, an Judæos invadere deberet. Captiens enim duas sagittas, uni inscriptum nomen Rabbath (quæ erat Petra Arabia, metropolis Ammonitarum), alteri nomen Jerusalem. Eas deinde commisit; mox unam cæcè eduxit, cui inscriptum videns Jerusalem, statim contra eam perrexit, Ezech. 21, 21.

Simile omen fuit Philistinorum, qui ex vacarum arcum Domini vehementer itinere et gressu conjece- runt, an plaga eis immissa, à Deo, an casu obvissent, 1 Reg. 6, v. 7. Plura de omne sacro et licito, ac profano, illicito et superstitioso, vide apud Pererium htc.

Nota. Hoc signum quod statuit hic servus, congruum fuit; erat enim signum bonæ uxoris et indolis affablis, hospitalis, providæ et strenuæ. Ita S. Chrysostomus, Theodor., Rupert.

FONTEX, puteum, ut patet v. 11 et 20. Sic enim in Scripturâ fons et puteus idem sunt.

VERS. 14. — *IPSA EST,* ea sit, quam preparasti uxorem Isaac, q. d.: Quæse, Domine, ut quam tu vis esse uxorem Isaac, illa ipsa (eaque sola) hæc faciat et dicat, quæ ego hic postulo; ut ex his ejus factis dicitisque cognoscam quod ipsa sit, et non alia.

VERS. 15. — *ET ECCE REBECCA EGREDIATUR.* Nota hic speculum virginum in Rebecca. Nam primò, non otiosa sed ut pleraque, sed laboriosa hydriam gestat, aquamque haurit. Secundo, cum aquam hausit, revertitur, non diu moratur in publico; et licet servum Abraham videret, non tamen curiosè inspicit, vel alloquitur. Tertio, cum servus ad eâ petit potum, statim consistit, offert, benignè alloquitur, dominum vocat; plus offert quam ille petierat, non gravatur incognito servire; cum nostræ subinde tam morosæ sint, ut vix alloqui homines dignentur, præsertim extraneos, quasi illi ad se nihil pertineant. Quarto, quasvis audiret eum esse servum Abraham, non tamen ipsa eum in domum introducit: hoc enim virgini indecorum fuisset; sed currit, ac in domo matrî nuntiat. Quinto, non curiosè inquit eum servus hic adventit, aut quid sibi velit: virgo enim non debet esse curiosa. Sexto, obtemperat parentibus, cum videt eos consentire, ut ad Isaac pergeret: tametsi durum esset ei relinquare parentes et patriam, nihil contradicit. Septimò, non mollis est, sed virtus; exaudum enim concessit, et iter longum

ingreditur. Octavo, cum vidit Isaac, statim e camelo descendit, et se operuit; unde apparet ejus verecundiam et reverentia erga sponsum.

VERS. 21. — CONTEMPLABATUR EAM TACITUS, admirans ejus non formam tantum, sed officiositatem, sedulitatem, beneficentiam, liberalitatem, atque explorans num per omnia ita se gereret, talisque esset, quae digna esset Isaaco, quaque suis et Abrahae votis responderet.

VERS. 22. — ISARES ABREAS APPENDENTES SICLOS DEOS. Nota. Hic servus utriusque auri Rebeckae unam dedit auream, id est, universim duas: ita ut quaeque appenderet dimidium siclum, sive drachmam unam, ut habent Septuag., Hebraea et Chaldea; ac consequenter utraque simul appenderet siclum unum, sive drachmas duas.

Dices: Quomodo ergo noster interpres veritit *siclos duas*? Respondeo: Noster siclos minores, sive dimidiatos intelligit. Dimidium enim sicli vocatur subinde siclus, sicut regalis apud nos major est et minor sive dimidiatus; major enim est 10 stulerorum, minor 5 stulerorum.

VERS. 27. — NON ABSTULIT MISERICORDIAM ET VERITATEM SUAM A DOMINO MEO, q. d.: Deus misericors fuit et verax erga herum meum Abraham; misericors in pollicendo, verax in praestando promissa; uti jam video Deum misericorditer et veraciter iter meum direxisse ad cognatas Abrahae, et ad Rebeckam, ut eam acciperem uxorem Isaaco.

VERS. 28. — IN DOMUM MATRIS Suae. Quia in domo veterum Hebraeorum alia erant habitacula et domus virorum, alia mulierum. Scorsim enim in gynaeceum mater cum puellis degabat, uti docet Nic. Scarius in Hester. c. 2, pag. 469. Adde, viri tum plures habebant uxores, quae scorsim ad pacem servandam habitabant. Ita Cajetanus et Thomas Anglicus. Ad hoc gynaeceum cucurrit Rebecca, ostendens in aures acceptas a servo Abrahae.

Nota. Rebecca ostentat sua dona matri; nam vulgo dicitur:

Quae recipit dona, femina nulla bona,
quod intellige, si ea fortum, et sine suorum consilio aut consensu recipiat.

VERS. 29. — HABEBAT AUTEM REBECCA FRATREM, NOMEINE LABAN. Sicut Rebecca speculum fuit virginum, sic Laban patruumfamilias: nam primò, cum audisset verba sororis, statim egreditur ad virum invitandum, non expectat donec rogetur. Secundo, benignè cum alloquitur et piè: *Ingrederere*, ait, *benedicite Domini*. Tertio, non tantum ipsum introducit, sed et eos qui cum ipso erant, nihil veritus sumptuum magnitudinem. Quarto, ipsemet Laban camelos destravit, aquam lavandis pedibus attulit, mensam paravit, etc. Vide hic quanta fuerit priscorum hospitalitas. Quinto, cum audisset rem ut erat gesta, non contradixit, sed in tulit: *A Domino egressus est sermo*, quo rem hanc non casui aut fortunae, sed divinae ordinationi ascripsit. Sexto, ipse et Bathuel parens non cogunt puellam, sed inquirunt ejus voluntatem. Septimo, cum vident

servum festinare, non retinent eam, sed sinunt abire, adduntque nutricem ejus, ut haberet quae ipsam curaret et instrueret. Octavo, benè precatur sorori.

VERS. 30. — CUMQUE VIDISSET, postquam viderat et audierat. Est hebraismus, quem Vatablus clarè explicat vertens: *Viderat enim in aures, audieratque verba Rebeckae*.

VERS. 31. — INGREDERE, BENEDICITE DOMINI. Id est, benedicite Domino, qui scilicet es in Dei gratia, cuique Deus favet, quemque prosperat, atque ut favere et prosperare pergat, oramus et optamus.

PREPARAVI DOMUM, curavi preparari domum, mandavi famulis ut prepararent domum, sive drachmam unam, ut habent Septuag., Hebraea et Chaldea; ac consequenter utraque simul appenderet siclum unum, sive drachmas duas.

VERS. 35. — BENEDIXIT DOMINO MEO VALDE insigniter dilavit eum.

VERS. 36. — DEBITQUE ILLI OMNIA, dare decrevit, destinavit dare illi omnia, quasi unigenito suo: necdum enim Abraham possessione honorum se abdicarat, necdum ea in Isaac transulerat. Vox ergo *dedit*, significat actum non completum, sed inchoatum et destinatum, uti et vox *preparavi*, v. 31.

IN CUIUS CONSPPECTU AMBULO, quem quasi presentem intueor, et reveror, et colo. Sic in conspectu Dei, sive coram Deo, et cum Deo ambulavit Henoch c. 5, v. 22; et Noe c. 6, v. 9. Vide ibi dicta, q. d.: Quia ego Deum ita colo, line vicissim Deus mittit angelum suum, ut me meaque per te dirigat et prosperet.

VERS. 41. — INNOCENS ERIS A MALEDICTIONE, absolutus eris tuo juramento execratorio, et consequenter a maledictione et poena quam tibi jurando imprecatus es, casu quo illud violares, dicendo de more: *Hae faciat mihi Deus, et haec addat*, si non fecero jussa Abrahae heri mei.

VERS. 47. — SUSPENDI, dedit ut suspenderet. Patet v. 30.

VERS. 49. — SI FACITIS MISERICORDIAM ET VERITATEM. Nota. His duobus Scriptura complectitur omne officium virtutis. Omne enim vel indebitum et liberale est, et est misericordia; vel preceptum est et debitum, sive ex justitia, sive ex pietate, sive ex alià virtute, et vocatur veritas. Hic ergo veritas, est pietas quam parentes Rebecca debebant cognato suo, imò patruo Abrahamo. Ita Oleaster.

Aliter Cajetanus: Veritas, inquit, hic est verificatio, q. d.: Si verificare vultis veraque ostendere et efficere tot signa divinae voluntatis, quibus Deus ostendit se velle Rebeckam Isaaco tradi.

UT VADAM AD DEXTERAM SIVE AD SINISTRAM. Est hebraismus, q. d.: Ut sciam quà via mihi eundem sit, quid mihi agendum sit; utrum hic sistere, an aliò pergere debeam; poterat enim ex aliis filiis Nachor (habuit enim undecim, ut patet c. 22, 21) uxorem petere Isaaco, idque fecisset, si in Rebecka repulsam tulisset.

VERS. 50. — RESPONDERUNTQUE LABAN ET BATHUEL. Laban frater erat Rebeckae, ac proinde filius Bathuelis, sed qui, patre senescente, videtur familiam administrasse; unde hic passim pro patre loquitur, et a trimonium Rebeckae cum Isaaco conficit. Sapienter S.

Ambr.: Rebecca, ait, *judicium expectat parentum: non est enim virginis pudoris eligere maritum*. Unde et Andronacha apud Euripidem: *Sponsalium, inquit, meorum pater meus curam exhibuit; hoc enim non est meum*.

A DOMINO EGRESSUS EST SERMO, hoc negotium divino nutu geritur; haec est voluntas Dei, ut Rebeckam tradamus Isaaco.

VERS. 51 — SICUT LOCUTUS EST DOMINUS, non voce, sed signo, quo voluntatem suam ostendit v. 14. Ita S. August. q. 67.

VERS. 52. — PUER, SERVUS.

VERS. 57. — QUERAMUS IPSIUS VOLUNTATEM, non de nuptiis cum Isaaco; in hac enim Rebeckam jam ante consensisse colligitur ex v. 52, 53, 54 et 55, sed de subito habitu a parentibus, et professione in Chanaan ad Isaacum. Ita S. Ambr.

Allegor. S. Ambr.: Rebecca, ait, representat Ecclesiam è gentilitate vocatam à Christo ad convivium: *quae vocata non fecit moram, et ideo acceptior Domino: quia populus Judaeorum qui erat ad cenam vocatus, dignus non fuit venire; congregatio autem gentium simul ut accessiri se vidit, occurrit. Cum veheretur camelus venit ad maritum, eò quòd populus nationum belluina quòdam horridis meritorum deformitate, qui formae suae nullam habebat decorem, fidem esset atque sensum Ecclesiae recepturus*.

VERS. 62. — PER VIAM, per desertum, scilicet Sur, in quo, utpote vicino, solus Isaac meditaturus inambulare solebat. Solitudo enim altissima est orationi, aequè ac speculationi et contemplationi. Sciverunt id gentiles. Plato post longam peregrinationem Athenas reversus, accessit in locum suburbani, arboribus umbrosus, qui ab Academo possessore dictus est Academia, ibique philosophatus est, et gymnasium erexit. Cicero saepe negotiis et urbe secedebat in rus, ibique philosophabatur. Testis est ipse lib. 5 Offic. Poeta olim recipiebant se in avios montes, ibique in solitudinis recessu carmina pangebant. Ita Hesiodus canit se poetica in Musis didicisse, sed in monte Helicone, dum agnos pasceret, indicans solitudinem esse ingenii suscitabulum, nimirum:

Carmina recessum scribentis et otia quaerunt.
Euripides in insula Salamine tragedias suas scripsit, in spelunca tetrà et horrida, quam A. Gellius se vidisse scribit. Horatius negat se Romae poemata pangere posse.

E fidelibus Elias, Eliseus, Joannes Baptista, Hieronymus, Basilus, Nazianz. plurimique alii in eremum secesserunt, ibique sapientiae et contemplationi vacarunt; idque exemplo Christi, qui nocte oraturus secedebat in montes, uti in Tabor in transfiguratione, et in hortum tempore passionis.

Vidimus hic autographum Thomae à Kempis de Imitat. Christi, in cuius initio haec legebatur sententia: *In omnibus requiem quaerivi, et non inveni, dan in een boeckken met een boeckken, id est, nisi scorsim sedens in agello cum libello*. Hoc est quod magus ille Arsenius ait: *non invenivi requiem nisi in deserto*.

nus eremita dicebat: *Non possum simul cum Deo et hominibus habitare*.

AD PUTRUM, de quo c. 16, v. 14, et c. seq. v. 11. IN TERRA AUSTRALI Chanaanæ, scilicet non longè à Bersabee.

VERS. 63. — AD MEDITANDUM. Septuaginta vertunt, ἀπολογησαί, id est, ad se exercendum, putà ad faciendum spirituale exercitium meditationis; ἀπολογησαί enim significat, magno studio et solertia alicui rei esse intentum, ait Procopius, estque animi cum delectatione studiosissimè cogitantis et meditantis, inquit S. August. Meditabatur ergo hae Isaac, tum res naturales, uti motus et cursus siderum, eorumque auctorem et motorem Deum. Ita Hebraei, Lyranus, et Tostatus: nam, ut ait Perlander: *Sapientis vita est meditatio; et, docto cogitare est vivere*. Ita Carneades cogitationibus quasi alebatur. Hinc sapiens nihil miratur, pueri ad omnia obstupescunt; illi enim omnia praevia et praemeditata sunt, his nihil. Tum potius meditabatur Isaac res caelestes et divinas. Ita S. Ambrosius lib. de Isaac, cap. 1: *Sapientis enim est, inquit, segregare se à voluptatibus carnis, elevare animam; atque à corpore abducere. Hoc est enim se hominem cognoscere*. Pergit S. Ambros. toto libro sub typo Isaac describere progressum animae sanctae, quae ad spirituale cum Christo convivium aspirat. Unde Chald. vertit, *exierat ad orandum*. Hinc Alcinus docet, Isaac hae fuisse tyrum Christi, qui vespere et nocte oraturus secessit in montem. Perperam Aquila et Symmachus vertunt, *Isaac exiit ad confabulandum in agro*, puta cum rusticis et operariis.

VERS. 64. — REBECCA QUOQUE CONSPECTO ISAC DESCENDIT, suspensa nimirum id quod erat, hunc esse Isaac maritum suum, se ex camelo in terram demisit, honoris sponso suo deferendi causa.

Secundo et melius dicemus, hae esse hysteron proteron. Prius enim videtur Rebecca rogasse servum, quis esset ille qui illis occurberat, eumque respondisse esse Isaac; ac tum demùm e camelo in terram desilisse Rebeckam.

VERS. 65. — PALLIUM, ut eo quasi flammæ honestatis et pudoris causa, nova nupta coram sponso suo se tegeret et obnuberet. Vide dicta c. 20, v. 16.

Vide hic novae sponsae Rebecca verecundiam. *Considera*, inquit S. Chrysost. hom. 48, *quomodo nusquam superflua illa et inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala, et tibia, et choreae, et satanica illa convivia et scommata omni obscenitate plena; sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis bonitas, etc.* Et S. Ambr. Rebecca videns Isaac, ait, *descendit et caput suum pallio obnuberet capiti, docens verecundiam nuptiis gratia debere. Inde enim et nuptiae dicunt, quòd pudoris gratia puellae obnuberent. Discite ergo, virgines, quemadmodum servetis verecundiam, ne intellecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecka jam desponsata designatum maritum aperto capite non putaverit videndum*.

VERS. 67. — IN TABERNACULUM SARE. Triennio post mortem Sare, duxit Isaac Rebeckam, ut patet ex di-

ctis cap. hujus. v. 1 : hinc patet seorsim à viris habitasse uxores, ut dixi v. 28.

Notat Nannius in Cantic. 3, sponsam olim ductam fuisse in tabernaculum vel cubiculum sororis suæ, ut significaretur, quod novella sponsa esset futura matremfamilias, ex qua liberorum, successions, et familie filium produceretur et propagaretur; quodque ipsa in pari honore et gradu futura esset apud domesticos, quam fuerat sponsa mater. Quare sponsa ipsa rem similem sponso (quò firmior sit charitas) se facturam vicissim pollicetur, dicens Cant. 3, 4 : *Introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ, q. d. : Sponsus me loco matris suæ habebit, induceturque in ejus cubiculum et locum. Propter hoc enim relinquit homo patrem et matrem, et adheret uxori suæ; vicissim ego sponsa illum parentum loco habebit, et introducam in locum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.*

Allegor. Abraham Deum patrem significat, Isaac Christum; Rebecca Ecclesiam, imò quamvis fidelem animam; servus Abrahamæ Apostolos. Attende, quid hæc quatuor persone hoc capite gesserint, et videbis quid ad salutem nostram fecerit Deus Pater, quid Christus, quid Apostoli, et quid nobis faciendum sit.

Primò ergo, sicut Abraham unicum habuit filium cui omnia sua dedit; sic et Deus pater, etc. Secundò, Abraham non vult filium suum solum esse, sed cogitat et uxorem dare ut filios procreet : sic Deus pater vult Christum jungi Ecclesie, atque ei : *Postula à me, et dabo tibi Genes hereditatem*, etc. Tertio, Abraham primus facit mentionem nuptiarum, ipse servum mittit, alioqui non iturum; ipse uxorem vocari facit, alioqui ex se non venturam; sic Deus auctor est et principium salutis nostre, alioqui ad Christum nunquam venissemus; ipse Prophetas et Apostolos misit, qui nos vocarent. Quartò, Abraham non per se, sed per servum seniore et fidelissimum hoc executus est; sic et Deus oves et sponsam suam committit pastoribus fidelissimis. Hinc Petro ter dicit : *Diligis me plus his? pace oves meas*. Quintò, Abraham servum adjurat; sic Deus prædicatoribus predicandi officium sub gravi poenâ injungit. *Vae mihi si non evangelizavero!* ait S. Paulus 1 Cor. 9, et Ezech. 3 Deus sanguinem percutiem de manu speculatorum requirit. Sextò, Abraham filio cupit uxorem, sed que ejusdem sit sanguinis, eisdem moribus prædita quibus Isaac; sic Deus sanctam vult habere Ecclesiam, que filio suo sit honori, non pudori : *Sancti, inquit, estote, quia ego sanctus sum*.

Secundò, in Isaac videmus quid Christus tempore suæ dispositionis fecerit. Primò, Isaac egressus fuerat in agrum, Christus in mundum. Secundò, Isaac vespere egressus est; Christus venit in ultimâ ætate mundi. Tertio, Isaac tunc habitabat in parte australi; Christus veniens ab Aquilone frigido, qui iudicium designat, convertit se ad Austrum misericordie. Quartò, Isaac deambulabat ad puteum Viventis et videns. Vivens et videns Deus est; ipsius enim oculis omnia nuda sunt et aperta. Fons hujus viventis et

videntis est S. Script. Via ad fontem est humilitas, passionis; per hanc viam deambulabat Christus in sua peregrinatione; nunc hanc, nec ullam Scripturam implens, donec impletis omnibus diceret : *Consummatum est*. Quintò, Isaac sponsa venienti occurrat; et Christus omnibus ad se venientibus per gratiam occurrit, ut patet in Zacharæ et filio prodigo. Sextò, Isaac Rebecca in uxorem accepit, non in famulam; sic et Christus Ecclesiam. Septimò, Isaac Rebecca induxit in tabernaculum Sare matris; Christus Ecclesiam gentium induxit in locum Synagoga Judæorum, ex quibus progenitus erat. Octavò Isaac ita dilexit Rebecca, ut dolorem ex morte matris temperaret; sic et Christus videns civitatem flevit super eam; sed adeptus Ecclesiam gentium dolorem temperavit.

Tertio, in servo Abrahamæ describitur officium Apostolorum et prædicatorum. Primò, servus jussu heri exiit ut quæreret sponsam, nesciens quem et qualem, sed Domino commisit effectum et successum rei; sic Apostoli egressi prædicaverunt ubique, cum nescirent, qui credituri essent. Ipsi spargebant semen, Domino committentibus fructum. Secundò, servus tulit secum de omnibus bonis heri, quibus puellam ornaret; sic Apostoli non venerunt vacui, sed magna munera attulerunt, scilicet gratiam, pacem, miracula, sanctitatem vitæ et morum, etc. Tertio, servus Abraham ad fontem stat, deliberat, que puella eligenda sit; sic Apostoli non projecterunt margaritas ante porcos; sed iis prædicarunt, ex quibus majorem sperabant fructum; nec obstinatos et indignos baptizantur aut reconciliantur, sed penitentes et aptè dispositos. Quartò, servus non it nisi missus; sic et veri Apostoli. De erroribus enim dicitur : *Ipsi curcebant, et ego miltabam eos*. Quintò, servus, antequam rem aggrediatur, orat; sic et Apostoli. Prædicatio enim sine oratione prævia nullum fructum facit. Sextò, servus mox ut suum officium fecit, invenit virginem quam querebat; sic et Apostoli, quem emerat à filiis Heth : ibi sepultus est ipse, et Sara uxor ejus. Septimò, servus potum petit à virgine. Sitis Apostolorum est desiderium salutis hominum; huic potum præstant, qui eorum verba audiunt, et opere explent. Octavò, servus eam videt juxta votum suum virginem facere, gratias agit Deo; sic et Paulus ubique gratias agit Deo pro gentium conversione. Nonò, servus dat sponsa ornamenta aurium et manuum : Apostoli ornant Ecclesiam, ut habeat aures ornatas per fidem, manus per bona opera. Pharisei tantum ornabant manus; hoc est, tantum docebant opera legalia : Simon et heretici tantum ornant aures, id est, tantum prædicant fidem, que est ex auditu. Verum neutrum sufficit. Decimò, servus virgini in conjugium consentiens majora munera dat; sic et fidelibus majora dona Spiritus sancti subministrantur. Undecimò, servus confecto negotio mox redit, quia tantum rem heri curat; sic fecerunt Apostoli; sic faciant omnes prædicatores. Duodecimò, servus virginem è domo patris educit ad domum Abraham; sic et Apostoli animas è gentillismo adduxerunt ad Ecclesiam. Decimò tertio, servus non

sibi adducit sponsam, sed domino; sic et Paulus fecit, dicens : *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*.

Quartò, Rebecca ostendit mores Ecclesie, et fidelis animæ. Primò, Rebecca hœraicè est idem quòd saginata, impinguta; quia maritum habet Isaac, id est, risum, puta Christum, qui est animæ gaudium. Secundò, Rebecca virgo erat; et Christus virginem vult habere sponsam, ab omni amore carnis et mundi puram. Vide dicta 2 Cor. 11, 2. Tertio, Rebecca in labore invenitur; Christus non vult habere otiosos. Quartò, Rebecca charitatem ostendit servo Abraham; et Christus charitatem ab animâ fidei exigit. Quintò, Rebecca servo Abraham hospitium et victum offert; sic fideles facere debent prædicatoribus. Sextò, Re-

CAPUT XXV.

1. Abraham verò aliam duxit uxorem nomine Cethuram;

2. Quæ peperit ei Zamram, et Jecsan, et Madan, et Median, et Jesbec, et Sue.

3. Jecsan quoque genuit Saba, et Dadan. Filii Dadan fuerunt Assurim, et Latusim, et Loomin.

4. At verò ex Madian ortus est Ephra, et Opher, et Henoch, et Ahida, et Eldaa : omnes hi filii Cethure.

5. Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac :

6. Filiis autem concubinarum largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem.

7. Fuerunt autem dies vite Abraham, centum septuaginta quinque anni.

8. Et deficiens mortuus est in senectute bonâ, prope Cethura, et plenus dierum : congregatusque est ad populum suum.

9. Et sepelierunt eum Isaac et Ismael filii sui in speluncâ duplicei, quæ sita est in agro Ephron filii Seor Hethæi, è regione Mambre,

10. quem emerat à filiis Heth : ibi sepultus est ipse, et Sara uxor ejus.

11. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio ejus, qui habitabat juxta puteum nomine Viventis et videntis.

12. Hæc sunt generationes Ismael filii Abraham, quem peperit et Agar Ægyptia, famula Saræ :

13. Et hæc nomina filiorum ejus in vocabulis et generationibus suis. Primogenitus Ismaelis Nabajoth, deinde Cedar, et Adbeel, et Mabsam.

14. Masma quoque, et Duma, et Massa.

15. Hadar, et Thema, et Jethur, et Naphis, et Codma.

16. Isti sunt filii Ismaelis : et hæc nomina per castrum et oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum.

17. Et facti sunt anni vite Ismaelis centum triginta septem, deficiensque mortuus est, et appositus ad populum.

18. Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyriis; coram cunctis fratribus suis obiit.

becca omnibus relictis sequitur servum Abraham; sic facit et fidelis. Septimò, Rebecca secum ducit pullas; sic et fidelis familiam suam. Octavò, Rebecca appropinquans ad Isaac descendit de camelo; sic fidelis humiliter accedens ad Christum, atque cum pudore et penitentia relinquit quidquid tortuosum erat et superbum. Nonò, Rebecca videns Isaac statim operuit se; sic fidelis quò magis Christum agnoscit, eò magis erubescit de præterita vitâ; Roman. 6 : *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Decimò, Rebecca perpetuò manet cum Isaac, non revertitur ad domum patris sui; sic fidelis qui perseveraverit cum Christo usque in finem, hic salvus erit. Ita S. Gregor. l. 33 Moral. c. 17, Eucherius lib. 2 in Genes. cap. 40, Ferus et alii.

CHAPITRE XXV.

1. Abraham, désirant d'avoir plusieurs enfans, afin de multiplier les adorateurs de son Dieu, épousa encore une autre femme nommée Céthura,

2. Qui lui enfanta Zaram, Jecsan, Madan, Madiaa, Jesbec et Sue.

3. Jecsan engendra Saba et Dadan. Les enfans de Dadan furent Assurim, Latusim, et Loomin.

4. Les enfans de Madian furent Ephra, Opher, Henoch, Ahida et Eldaa : Tous ceux-ci furent enfans de Céthura.

5. Abraham donna à Isaac tout ce qu'il possédait.

6. Il fit des présens aux fils des autres femmes; et de son vivant il les sépara de son fils Isaac, les faisant aller dans le pays qui regarde l'Orient, c'est-à-dire, l'Arabie pétrée, qui est à l'orient de Gérare et de Bersabee, où il demeuraît alors.

7. Tout le temps de la vie d'Abraham fut de cent soixante-quinze ans.

8. Et les forces lui manquant, il mourut dans une heureuse vieillesse et un âge fort avancé, étant parvenu à la plénitude de ses jours; et il fut réuni à son peuple.

9. Isaac et Ismaël, ses enfans, le portèrent à la caverne double, située dans le champ d'Ephron, fils de Seor Hethéen, vis-à-vis de Mambre,

10. Qu'il avoit acheté des enfans de Heth; c'est là qu'il fut enterré, aussi bien que Sara sa femme.

11. Après sa mort, Dieu bénit son fils Isaac, qui demeuraît près du puits nommé le puits de celui qui vit et qui voit.

12. Voici le dénombrement des enfans d'Ismaël, fils d'Agar, égyptienne, servante de Sara et d'Abraham.

13. Et voici les noms de ses enfans, selon que les ont portés ceux qui sont descendus d'eux. Le premier-né d'Ismaël fut Nabajoth, les autres furent Cédar, Adbeel, Mabsam,

14. Masma, Duma, Massa,

15. Hadar, Thema, Jethur, Naphis et Codma.

16. Ce sont là les enfans d'Ismaël, et tels ont été les noms qu'ils ont donnés à leurs châteaux et à leurs villes, ayant été les douze chefs de leurs peuples; c'est-à-dire, des Arabes qui sont sortis d'eux partagés en douze tribus.

17. Le temps de la vie d'Ismaël fut de cent trente-sept ans, et les forces lui manquant, il mourut, et fut réuni à son peuple.

18. Le pays où il habita, fut depuis Hévila, sur l'Égypte, jusqu'à Sur, désert qui regarde l'Égypte, lorsqu'on entre dans l'Assyrie; et il mourut au milieu de tous ses frères.